LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 156v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



Lucretius.

ducem misit qui nobis iusticie iura panderet: Hunc seq̄mur om̄s.
hunc audiamus. huic deuotissime pareamus: Quoniam solus ut
ait Lucretius: Veridicis hominū purgauit pectora dictis: Et finē sta
tuit torpedis atq; timoris: Exposuitq; bonum summū: quo tendimus
omnes. Quid foret atq; uiam monstrauit limite paruo: Quo pos
semus ad id recto contendere cursu: Hec monstrauit tantum: sed & p̄
cessit. ne quis difficultatis gratia iter uirtutis horreret Deferatur: si fieri pot:
uia p̄ditionis & fraudis in qua mors voluptatis illecebris adopta celatur. &
q̄to quisquis annis in senectutem vergentibus appropinq̄re cernit illū die.
quo sit ei ex hac uita demigrandum: cogitet: q̄ purus abscedat: q̄ innocēs
ad iudicium veniat: non ut faciunt quidam cecis mentibus nixi: qui
iam deficientibus corporis uiribus in hoc admonentur instantis ultīe
necessitatis: ut cupidius & ardentius humendis libidinibus intendant. Qua
ex voragine liberet se quisq; dum licet. dum facultas adest: seq; ad deū tota
mente conuertat. ut illum diem securus expectet. quo preses dn̄sq; mūdi
deus de singulorum factis & cogitationibus iudicabit. Quecūq; hic ex
petunt non tantum negligat: sed & fugiat potioremq; animā suā iu
dicet: q̄ bona ista fallatia quorum incerta & caduca possessione: Migrat
H. quotidie de multo uelocius exeunt: q̄ intrauerant & tamen si no
bis usq; ad ultimū liceat istis frui: alijs certe relinquenda sunt: Nihil
nobiscum ferre possumus: nisi uitam bene atq; innocenter actam:
Ille ad deum copiosus: ille opulentus adueniet: cui astabunt: Continē
tia. mīa. patientia. caritas. fides: Hec est hereditas nr̄a que nec eripi cui
q̄: nec transferri ad alterum pot: & quis est: qui hec bona parare & acqui
rere sibi velit: Veniant qui esuriunt: ut celesti cibo saturati sempiternā
famem ponant: Veniant qui sitiunt: ut aquam salutarem de pen
ni fonte plenissimis faucibus trahant: Hoc cibatu atq; potu dei & ceci
uidebunt & surdi audient. & muti loquentur. & claudi ambulabunt.
& stulti sapient. & egroti valebunt. & mortui reuiuiscent: Quisquis H.
corruptelas terre uirtute calcauerit. hunc arbiter ille summus & verax ad
uitam lucemq; p̄petuam suscitabit: Nemo diuitijs. nemo fascibus nemo
& regia potestate confidat: Immortalem ista non faciunt: Nam qui
cunq; rationem hominis abiecerit ac presentia sequutus in humū
se ipse prostrauerit: tamq̄ desertor dn̄i & imperatoris & d. patris sui puni
etur: Intendamus ergo iusticie: que nos inseperabilis comes ad deum
sola perducet & dum spiritus hos regit artus infatigabilem militiam deo
militemus stationes uigilias celebremus. congrediamur cum hoste:

Imponit finē operi.